iungat ipſe ſe ſeducit: ſi forte ſibi quaſi de obediētia blandiatᷣ: nec tñ in ea re ipſe ꝑlato ſed magis ꝑlatus ei obedit. Paratū ad dei volūtatē ſe oſtēdit paulus dicens Actuū. ix. Dñe qd me vis facere? Bern. in ſermonibus: Nō dubiū qn ampliorē gratiā mereatᷣ: qui paratū ſe exhibet ante mādatū ꝙ̃ qui obedire ſatagit poſt mādatū. ¶ Ubi notādū ꝙ libenter obedire precipue laudabile eſt cū grauia iniūguntur. Unñ ſup illud primi regū xv. Melior eſt obediētia ⁊c̃. dicit glo. Gregorij in moralibus.

Obediētia aliqñ de ſuo d̄bet haberᷣ aliqñ non.

Obedientia aliqñ ſi de ſuo aliqd habeat nulla eſt: aliqñ aūt ſi de ſuo aliqd nō habeat minima eſt. Nā cū huius mūdi ſucceſſus percipitᷣ cū locus ſuꝑior īperatur: is qui ad percipiendū hec obedit: obediētie ſibi virtutē euacuat ſi ad id etiam ex ꝓprio deſiderio anhelat. Nō enim ſe ſub obediētia dirigit qui ad percipienda huius vite proſpera libidini ꝓprie ambitionis ſeruit. Rurſuꝫ cū mūdi deſpect⁹ ꝑcipitᷣ: cum ꝓbra adipiſci ⁊ cōtumelie iubentᷣ niſi hec ⁊ ex ſemetipſo anim⁹ appetat obediētie ſibi meritū minuit ꝗ ad ea q̃ in hac vita deſpecta ſunt: inuitus nolēſqꝫ deſcēdit. Ad detrimētū quippe obedientia adducitᷣ cū mentē ad ſuſpiciēda ꝓbra huius ſeculi nequaꝗ̃ ex parte aliqua etiā ſua vota comitantᷣ. Hec Gregori⁹. Hinc moyſes ꝑncipatū populi humilitᷣ recuſat paulus ꝟo audacter dicit: Ego nō ſolū ligari in ihrl'm ſed etiā mori paratus ſum.

¶ Septima ꝯditio ſiue ſeptimus grad⁹ obediētie eſt indefinēter ſiue ꝑſeuerāter obedire. Bern. Manū tuā miſiſti ad fortia: agendū eſt inſtāter ⁊ ꝯſtanter obediēdum: nec inter aſperitatē verboꝝ tā regalis eſt ſemita relinquēda. Et loquitᷣ de ſemita obediētie. Xp̃s hāc ſemitā ꝑ morte ignominioſa relinqre noluit: Philippē. ij. Factus obediēs vſqꝫ ad mortē: morteꝫ aūt crucis. Iteꝫ Bernar. Memētote fratres: xp̃s ne perderet obedientiā ꝑdidit vitam. Obediendū ergo eſt ꝑſeueranter q2 nihil prodeſt currere ⁊ ante curſus metam deficere. Quare dicit apoſtolus: Sic currite vt cōprehendatis: prīe Corin. xv. Et math. x. Qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ ī finē hic ſaluus erit. glo. Non enim cepiſſe vel facere virtus eſt: ſed perficere.

¶ Tractatus. D. Cardi. lvj. de viginti modis quibus ſolet bonum obedientie minui.

Attendendū vero pro pleniori doctrina bone ⁊ ſalutaris obediētie ꝙ multa ſunt q̃ minuunt bonū obediētie a quibus diſcipulus huius ſchole omni ſtudio ⁊ vigilātia dꝫ cauere.

Multa minuunt bonū obedientie.

¶ Primus modus eſt eoꝝ qui ⁊ſi obediāt in qbuſdā: tñ in alijs ſunt minus obedientes quod ꝯtradixit apoſtolus ſc̄de ad Corin. ij. Ideo ſcripſi vobis vt cognoſcā experimentū veſtrū: an ī oībus obediētes ſitis. ¶ Secūdus eſt eoruꝫ qui ⁊ſi faciant rem iniunctam: tamen minus plene faciunt: contra quos dicitur ad philomenē: Cōfidens de obedientia tua ſcripſi tibi ſciens ꝙ ⁊ ſuper id quod dico facies. ¶ Terti⁹ eſt eorum qui ⁊ſi faciant quod dicitur tamen alio modo ⁊ interdum peruerſo: contra qđ dicitᷣ Math. xxj. Euntes diſcipuli fecerūt ſicut ꝑceperat eis ieſus. ¶ Quartus eſt eoꝝ qui adeo ſe reddunt difficiles ad obediēdum quod cum multo labore ⁊ afflictione moueri poſſunt a ꝓpoſitis ſuis ad aliquid faciēdū: ſicut affligitur q trāſferre nititᷣ lapides magnos ad altū locuꝫ: cōtra quod dicitᷣ ad hebreos xiij. Obedite ꝑpoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis: ipſi enī vigilāt quaſi rōnem reddituri pro aīab⁹ veſtris: ⁊ cū gaudio hoc faciant ⁊ non gementes: quaſi diceret: Ita ſcꝫ obedite vt nō faciatis eos gemerᷣ ex difficultate obediendi ſed ex facilitate gaudere.

Nota contra difficile obedientes.

¶ Quintus eſt eoꝝ q ad ſimplex verbū nolūt obedire niſi precipiatur eis cōtra qđ dicitur Thimo. iij. Admone ſuos obedire dn̄o: ſcꝫ ad ſimplex verbū. Et ſi debent hoc facere ſerui mūdi ꝙ̃to magis ſui dei. Ber. In obediētia valde vtile eſt ſi id qđ diſcipline rigor imponit nullo cogente humilitas ſeruauerit. ¶ Sextus eſt eoꝝ q non amore ſed timore pene interdū obediūt: cōtra quod dicit Gregorius: Obediētia nō timore pene ſed amore iuſtitie faciēda eſt. ¶ Septimus eſt eoꝝ qui nunꝗ̃ obediunt ſed ſolēt multū diſcutere de mādato ꝯtra quod dicit Hieronymus: Prepoſitum monaſterij timeas vt dn̄m: diligas